



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Epistola CXL. Ioannis Papae VIII. Ad Ioannem Episcopvm Ticinensem.  
Raptore vxoris cuiusdam Ragiberti excommunicari iubet.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

## EPISTOLA CXL.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD IOANNEM EPISCOPVM TICINENSEM.

Raptores vxoris cuiusdam Ragiberti excommunicari iubet.

*Reuerendissimo & sanctissimo confratri nostro Ioanni venerabili episcopo Ticinensi.*

**D**ENIQUE Ragibertus quidam nomine, Iudex cognomento, coram nobis veniens questus est super Gotfredum filium Ioannis comitis palatii, & Iselbertum subdiaconem, atque Heribaldum notarium filium Garibaldi, eo quod legaliter sibi filii sui nuptam Gausildam nomine contra Canonum, & legum auctoritatem, per vim & per forciam abstulerunt, calcato illo præcepto, quo Dominus ait: *Quod Deus coniunxit, homo non separat.* Quapropter apostolica adhortatione zelum tui sacerdotii ad hortamen caritas Dei accendat, & quasi tuba exalta vocem tuam, & inquis iniquitatem suam annuntiare non cesses, ne sanguis eorum de manibus tuis requiratur. Prædictosque transgressores omni Christiana communione priuare non differas, donec legaliter emendent quod nequiter perpetrare ausi sunt. *Quod si te audire neglexerint, perpetuo eos anathema esse decernimus.* Data ut supra.

## EPISTOLA CXLI.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD IOANNEM EPISCOPVM PAPIÆ.

Vt sibi Taurinum obuiam veniat, & epistolas a se scriptas quibusdam episcopis dirigat, vt ipsi ad Concilium accedant.

*Reuerendissimo & sanctissimo Joanni Papiae episcopo.*

**S**ANCTITATI tuae notum fieri volumus, quod nunc Taurinensi in ciuitate consistimus. Ceterum dirigimus, vt continuo omni occasione postposita nobis venire ne differas obuiam. Vide ne ab alicuius decipiaris insti-

ctu,